

## Psalmus

multi mali habent: hoc est totum propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui: putabis te sine causa colere: quādo in eis vides ista qui cum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis: se solum seruat bonis. Eluiscabis nos: nam mortui eramus: qñ terrenis rebus inherebamus: mortui eramus quādo terreni hominis imaginē porcabam". Eluiscabis nos: innouabis nos: vitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuū inuocabum": id est te diligim": tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum: tu eris totum premiū iustificatorum. **O**mne deus virtutū conuerte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus.

**E**xplícit Tractatus de ps. LXXIX.

**I**ncepit Tractatus de ps. LXXX.

**L**Qui ad vos de psenti psalmo suscepimus: adiuuet vocem nostrāz qui et vestram. Etenim aliquāto ē obtusior: dabit ei vires intentio audientium: et adiutorium iubentis ut loquar. **T**itulum habet psalmus iste. **I**n finem pro torcularibus quinta sabatū: psalmus ip̄i asaph. In vnum tūculuz multa sunt cōgesta mysteria: ita tamē ut limen psalmi inducit interiora. Cum de torcularib⁹ locuturi sumus: nemo vestrum aliqd expectet nos dicturos esse d lacu: de prelo: de fiscinis: quia nec ip̄e psalm⁹ hoc habet: et ideo magis indicat mysteriū. Mā si aliquid tale psalmi cōtineret: non deesset qui putaret ad litteram esse accipiēda torcularia: nec aliqd illic tale ampli⁹ requirendum: nec mystice aliquid positum et sacra te significatū: sed diceret simpliciter: psalmus de torcularibus loquit. Et tu mihi nescio quid aliud suspicaris: nihil hic tale audiūtis cum legeref. Ergo accipite torcularia mysteriū ecclesie quod nūc agitur. In torcularibus animaduertim⁹ quedāz tria: pressuram: et de pressura quedāz duo: vnu recōdendū: alterum p̄ficiendum. Sit ergo in torculari p̄culatio: tribulatio: pondus: et in his oleum eliquāt occulēt in gemellariz: amurca publice q̄ plateas currit. Intendite ad magnū hoc spectaculū. Nō enim desinuit deus dare nobis quod cum magno gaudio spectemus: aut circi insania huic spectaculo cōparanda est. Illa ad amur-

## LXXX.

cam pertinet: hoc ad oleum. Quādo ergo auditis contumaciter garrire blasphemos et dicere: abundare pressuras temporibus christianis: scitis enim quia hoc amant dicere: et vetus quidē: sed a temporibus christianis cepit puerium: Non pluit deus: dic ad christianos: q̄q̄ p̄ores ista dixerūt. Iste autē modo dicunt: et quia pluit de⁹: dicant christiani: nō pluit deus: nō seminamus: pluit deus: nō trituramus: et inde volunt superbire vnde deberent amplius supplicare: eligētes blasphemare q̄ orare. **L**u ergo ista cōmemorant: cum ista iactant: cū ista dicunt: et cōtumaciter dicunt: non cum timore: sed cum elatione: non vos perturbent. **V**uta enim quia pressure abūdant: tu oleum esto. **N**igra tenebris ignorantie amurca insultet: et illa tanq̄ per plateas plecta publice insultet: tu apud te in corde tuo: vbi qui videt in occulto reddet tibi: lique in gemellarium. **O**liua in arboz q̄ busdami quidē tempestatibus agitatur: non tamē pressuris torcularis atterit: ideo vtrūq̄ simul pendet ex arbore: et quod proficiendum est: et quod recondendū. At vbi ad torcular et pressuras ventū fuerit: vtrūq̄ discernit: dirimit: et aliud appetitur: aliud resquit. **E**ultis nosse vnu torcularium istorum: Et vnu aliquid dicam: vnde et ip̄i murmurant qui ea faciunt: quāte inquinat rapine temporibus nostris: quāte pressure innocentū: quāte expoliationes rerū alienarum: Ita sane in amurcam attenditis: quia rapiunt res alienae: in oleum non attēdit: qā pauperib⁹ donantur et proprie. Non habebat antiquitas tales raptore rerum alienarum: sed nō habebat antiquitas tales donatores rerum suarum. Ali quanto esto curiosior in torculari: noli hoc solū videre quod publice fluit: est aliquid qđ querendo inuenias: **D**iscute: audi: cognosce q̄ multi faciunt quod ex ore domini cum audisset vnu diues tristis abcessit. **E**x euangelio multi audiunt: Glade vnde omnia que possides: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celis: et veni sequere me. Non attendis q̄ multi id faciunt: **P**auci inquiunt sunt: ipsi tamē pauci oleū sunt: et qui bene vtunq̄ his reb⁹ quas possident ad oleum pertinent. Adiunge omnia: et videbis patris familias tui plenas apothecas. **V**ides raptorem qualez nunq̄ vidisti: vides cōtemptorem rerum sua-

## ¶psalmus

rum qualem nunc vidisti. Lauda torcularia: impleat prophetia de Apocalypsi: Justus iustior fiat: et sordidus sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sententia: Justus iustior fiat: et sordidus sordescat adhuc. Quare et quinta sabbati: Quid est hoc? Recurramus ad prima opera dei: ne forte ibi aliiquid inueniamus quo et sacramentum intelligamus. Sabbatum enim septimus dies est: quo requieuit deus ab omnibus operibus suis: magnus intans mysterium quietis nostre future ab omnibus operibus nostris. Prima sabbati dicitur primus dies: quem dominicus etiam nominamus: secunda sabbati secundus dies: tertia sabbati tertius dies: quarta sabbati quartus dies: quinta ergo sabbati quintus dies a domino die: post quem sexta sabbati sextus dies: et ipsum sabbati septimus dices. Videntem quibus loquatur hic psalmus. Videntur enim inibi quoniam baptizatis loquitur. Qui enim die deus ex aquis creavit anima-  
lia. Quinto die: id est quinta sabbati dixit deus: Producant aque reptilia animarum viuarum. Videntur ergo vos in quibus iam puderunt aque reptilia animarum viuaz. Eos enim ad torcularia pertinet: et in vobis quod produxerunt aque: et aliud eliquatur: aliud proiecitur. Sunt enim multi non digne viuentes baptismu quod percep-  
runt. Quidam enim baptizati hodie circu-  
implere: quamquam basilicam maluerunt: Quidam baptizati: aut casas in vicis faciunt: aut non fieri queruntur. Psalmus autem iste pro torcularib' et quinta sabbati cantat: et in pressura discretionis: et in sacramento ba-  
ptismi cantat ipsi asaph. Asaph homo hoc nomine fuit quidam appellatus: sicut Idi-  
thum: sicut Chobe: sicut alia nomina que inuenimus in titulis psalmorum: interpreta-  
tio tamem nominis mysterium indicat occul-  
te veritatis. Asaph quippe latine dicit co-  
gregatio. Ergo pro torcularib' quinta sab-  
bati cantatur ipsi asaph: id est pro pressu-  
ra discernente baptizatis: et ex aqua renati  
cantat psalmus dominice congregatio-  
nis. Titulum in limine legimus: et in his pre-  
dictis quid sibi velint intelleximus. Nam si placet etiam ipsam dominum opis: id est ipsius torcularis interiora videamus: intremus:  
in his inspiciamus et gaudeamus: timea-  
mus: appetamus: fugiamus. Omnia enim  
huc inuenturi estis in hac interiore domo:  
id est in textu ipsius psalmi cum legere: et

## LXXX.

adiuvante domino quod donauerit loqui ceperimus. Ecce vos asaph congregatio domini.

### Expositio psalmi.

**E**xultate deo adiutori nostro: Eos qui congregati estis hodie: Eos hodie asaph domini: siquidem vobis canitur psalmus ipsi asaph: Exulta te deo adiutora nostro. Exultant alii circa vos deo: exultant alii deceptoris suo: exulta te vos adiutori vero. Exultat alii deo suo ventri suo: exultate vos deo vestro adiutori nostro. Jubilate deo Jacob. Quia et vos pertinetis ad Jacob: immo vos estis Jacob minor popul' cui seruit maior. Ju-  
bilare deo Jacob. Quicquid verbis explicare non potuerit: non ideo tamem ab exultatione cessetis: quod poteritis explicare clama-  
te: quod non potestis jubilate. Et enim ex abundantia gaudiorum: quia verba suffi-  
cere non possunt: in iubilatione solent eru-  
pere: Jubilate deo Jacob. <sup>†</sup>Accipite psalmum et date tympanum: Et acci-  
piente et date. Quid accipite: quid date: Acci-  
piente psalmum: et date tympanum. Dicit quo-  
dam loco apostolus Paulus: reprehendens et dolens quod nemo illi comunicauerit in ratione dati et accepti. Quid est in ratio-  
ne dati et accepti: nisi quod alio loco aper-  
te exposuit: si nos vobis spiritualia semina-  
vimus: magnum est si nos carnalia ve-  
stra metamus: Et verum est quod tympanum  
quod de corio fit ad carnem pertinet. Psalmus ergo spiritualis est: tympanum carna-  
le. Ergo plebs dei: congregatio dei accipite psalmum: et date tympanum: accipite spiritua-  
lia et date carnalia: Hoc est quod et vos ad illam mensam beati martyris exhortati sum: ut accipientes spiritualia: daretis car-  
nalia. Hec enim que extrahunt ad tempus  
ad recipienda corpora: vel viuorum vel  
mortuorum necessaria sunt: sed tempore p-  
tereunti: Nunquid post iudicium dei istas  
fabricas in celum levabimus. Sine his ta-  
men hoc tempore agere que ad possiden-  
dum celum pertinent non poterimus. Si  
ergo audi estis in spiritualibus accipiendis:  
deuoti estote in carnalibus erogandis. Ac-  
cipite psalmum et date tympanum: exigite vo-  
cem nostram: reddite manus vestras. Psal-  
terium iocundum cum cithara. Ode-  
mini nos aliquando differentiā psalterij et ci-  
thare itimasse caritati vīe: studiosi quā memi-

<sup>†</sup>Alia līa.  
<sup>†</sup>Sumite.

## ¶ Psalmus

nerunt recognoscant: qui vel non audierunt: vel non meminerunt discant. Istorum duorum organorum musicorum: psalterij et cithare hec differentia est: quod psalterius lignum illud cōcauū vnde canore chorde reddunt in superiori parte habet: deorsum ferunt chorde ut desuper sonent: in cithara vnde hec eadem cōcauitas ligni partē inferiore tenet: tanq̄ illud sit dō celo: hoc de terra. Celestis enim est p̄dicatione verbi dei: sed si expectamus celestia: non sumus pigrī ad operanda terrena: quia psalterium iocundum: sed cum cithara. Hoc alio modo dictum est quod supra: Accipite psalmum et date tympanū. Hic p̄ psalmo psalterium: p̄ tympano cithara posita est. Hoc tamen admoniti sumus: ut p̄dicatione verbi dei corporalibus respondeamus operibus.

Alia lta.  
† Buccinate.

Alia lta.  
† In neomēnia tuba i mīsi gni die solēni tatis vestre.

Alia lta.  
† in.

Tuba canite: Hoc est clarius et fidētius predicate: ne terreamunt: sicut ait prophetā quodam loco: Exclama: et exalta sicut tuba vocem tuam. Tuba canite. In initio mensis tube. Preceptū erat in initio mensis ut tuba canerent: et hoc vobis nūc iudei corporaliter faciunt: spiritualiter non intelligunt. Initium enim mensis noua luna est. Noua luna: noua vita est. Quid est noua luna: Si qua igitur in christo noua creatura. Quid est tuba canite in initio mensis tube: Cum tota fiducia nouam vitam predicate: strepitum vite veteris nolite metuere. Quia preceptū ipi israel est: et iudicium deo Jacob. Ibi preceptum: ibi iudicium. Qui enī in lege peccauerunt: per legē iudicabunt. Et ipse precepti dator domin⁹ christus: verbum caro factum: in iudiciū inquit veni in hunc mundum: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Quid est: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant: nisi homines exaltent: superbi deflant. Non enim qui vident ceci fiant: sed qui sibi videre videntur de cecitate conuincant. Hoc agit mysteriū torcularis: ut qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Testimoniū in Joseph posuit illud: Eia fratres quid est: Joseph interpretat augmentatio. Ademiniū: nostis Joseph in egyptū venditum: christus ad gentes transiens. Ibi Joseph post tribulationes exaltatus: et h̄ christ⁹ post passionē martyrum glorificat⁹. Ergo ad Joseph magis gentes pertinent: et ideo augmentatio: quia multi filii deserterunt magis q̄ eius que habet virum. Testimoniū

## LXXX.

nū in Joseph posuit illud. Num exire de terra egypti: Videlice et hic significari quintā sabbati: quādo exiit de terra egypti Joseph: id est populus multiplicatus per Joseph: per mare rubrum traectus est. Et tunc ergo p̄duxerūt aque reptilia animarū viuarum. Nihil aliud illud tunc in figura portendebat transit⁹ populi per mare: nisi transitū fidelium p̄ baptismū: testis ē apostolus: Nolo enim vos inquit ignorare fratres: qr patres nostri omnes sub nube fuerunt: et omnes per mare transierunt: et omnes in Moysē baptizati sunt. Nihil ergo aliud significabat transitus per mare: nisi sacramentū baptizatorū: nihil aliud insequētes egypti: nisi abundantia p̄teriorū delictorum. Videlicet euidentissima sacramenta. Preuenit egypti: virginē: instant ergo peccata: sed vobis ad aquam: Quid ergo times qui nō dum venisti: venire ad baptismū christi: transire per mare rubrum. Quid est rubrum: Sanguine domini consecratū. Quid times venire: Conscientia forte aliquorum imanum delictorum stimulat: et excruciat in te animū: et dicit tibi tam magnū esse illud quod cōmisisti: ut desperes tibi dimitti. Time ne remaneat aliquid peccatorum: si vixit aliquis egyptiorū. Cum autē transieris rubrum mare: cuī eductus fueris a delictis tuis i manu potenti et brachio fortis: p̄cepturus es mysteria que non noueras: quia et ipse Joseph cum exiret de terra egypti. Lingua quā non nouerat audiuit. Audies linguam quāz non noueras: quam modo audiunt et recognoscunt testantes et scientes qui norunt. Audies vbi debeas cor habere: quod modo cum dicerem multi intellexerūt et acclamerunt: reliqui multi steterunt: quia nō dūz linguam quā non nouerant audierūt. Accelerent ergo: transeat: discant. Linguam quā nō nouerat audiuit. Auertit ab oneribus dorsum eius. Quis auertit ab oneribus dorsū ei⁹: nisi ille q̄ clamavit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Alio modo hoc idem significatur. Quod faciebat insecurio egyptiorū: hoc faciunt sarcine peccatorū. Auertit ab oneribus dorsum ei⁹. Et quasi dices: qui bus oneribus manus eius in cophino seruierunt. Per cophinum significantur opera seruilia: mundare: stercora terrā portare cophino fit. Seruilia sūt opera: quia orvnis qui facit peccatum seruus est

LXXX  
Psalms

peccati. Et si vos filii liberauerit: tunc vere liberi erit. Niderito et abiecta miseri: quasi cophini deputatur. Sed et cophinos deus buccellis impleuit. Duodecim cophinos buccellarum impleuit: quod abiecta huius mundi elegit: ut confunderet fortia. Sed et quoniam in cophino seruiebat Ioseph: terram ibi portabat: quod lateres faciebat. Nam eius in cophino seruierunt. In tribulacione invocasti me et erui te: Recognoscat se unaqueque conscientia christiana: si deuote transierit mare rubrum: si cum fide credendi et obseruandi lingua quam non nouerat audiuit: recognoscat se in tribulatione exaudita. Ipsa enim magna tribulatio erat premi sarcinis peccatorum. Quatuum gaudet relevata conscientia: Ecce baptizatus es: conscientia que habet probatur: hodie gratulatur. Exaudiens es in tribulacione: memetipsum tribulacionis tue. Anq[ue] accedens ad aquam quod sollicitudinis gerebas: Quid ieiunior exhibebas: Quid tribulationum in corde gestabas orationes intermarum piarum deuotarum: Occisi sunt hostes tui: oia pecta tua deleta sunt. In tribulacione invocasti me et erui te. Exaudiens te in abscondito tempestatis. Non in tempestate maris: sed in tempestate cordis. Exaudiens te in abscondito tempestatis. Probaui te in aqua contradictionis. Reuera fratres reuera: qui exaudiens est in abscondito tempestatis: debet probari in aqua contradictionis. Cum enim crediderit: cum baptizatus fuerit: cum viam dei capere ceperit: cum in gemellarii clipei intercederit: et ab amurca publice currere se extraxerit: habebit multos exagatores: multos insultatores: multos detractores: dehortatores: minantes etiam ubi perire deterretes: deprimites. Hec tota aqua contradictionis est. Nuto esse hodie hic sic: arbitror esse hic nonnullos quos amici sui volebant rapere ad circum: et ad nescio quas hodiernae festivitatis nugas: forte ipsi illos adduxerunt ad ecclesias: sed sibi ipsi illos adduxerunt: sibi ab eis ad circum abduci non potuerunt: in aqua contradictionis probati sunt. Non ergo erubescas prodiare quod nosti defendere: et inter blasphemos quod credidisti. Si enim exaudiris in abscondito tempestatis: corde creditur ad iusticiam: si probaris in aqua contradictionis: ore confessio fit ad salutem. Quanta est enim ipsa aqua contradictionis: Iam pene siccata est: sed senserunt illa maiores nostri: quoniam verbo dei: quoniam mysterio christi acriter resistebat gen-

Alia lfa.  
liberaui.

Alia lfa.  
pro aqua.

LXXX

tes: turbatur aqua. Aquas enim per populis aliqui intelligentes evidenter apocalypsis scriptura demonstrat: ubi aque multe cum videbatur: et cum quereretur quid essent: respondit: populi sunt. Pertulerunt ergo illi aquam contradictionis: quoniam fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania: quando astiterunt reges terre: et principes conuenierunt in viuis aduersus dominum: et aduersus chirstum eius. Qui fremuerunt gentes: tunc leonis ille viro forti Samson venient ad ducendam de alienigenis uxore: chrislo scilicet descendenti ad habendam ecclesiam de gentibus tremens ibat in obuiam. Sed quid egit: Accepit et tenuit: fregit: dissipauit leonem: factus est in manibus eius velut hedus capraruus. Quid enim fieret populus tremens: nisi languidus peccator? Occisa autem illa feritate: iam non sic fremuit regia potestas: non sic fremuit populus gentium: non ut in obuiam chrislo: immo vero in ipso regno gentium inuenimus leges per ecclesia: tanquam sauum in ore leonis. Quid ergo iam metuam aquam contradictionis: que propter iam tota siccata est: Illa pene iaz sit: si amurca non contradicit. Quilibet malus se uiant alieni: o si eos non adiuuent mali nostri. Exaudiens te in abscondito tempestatis: probauit te in aqua contradictionis. Recolitis quod de chrislo dictum sit: sic natum est esse in multorum ruinam: et multorum resurrectione: et in signis cui contradicitur. Nouimus: signum crucis erectum esse: et contra dictum est ei. Contradicendum est glorie crucis: sed titulus erat super crucem qui non corrumpebatur. Est enim titulus in psalmo: in tituli inscriptione ne corrumpas: signum erat cui contradiceretur. Dixerunt enim iudei: Non factus rex iudeorum: sed factus ipse dixit regem esse iudeorum: Uicta est contradictionis: respondit: quod scripsi scripsi. Exaudiens te in abscondito tempestatis: probauit te in aqua contradictionis. Hoc totum ab initio psalmi usque ad hunc versum: de oleo torcularis audiendum: quod restat magis dolendum est et cauedum. Ad amurcam enim torcularis pertinet usque in finem: fortasse non frustra: et interposito dia psalmate: sed hoc etiam audire utile est: ut quod se iam in oleo videt gaudeat: qui periclitatur: ne in amurcam incurrit caueat: utrumque audi: viuus dilige: alterum time. Audi populus meus et loquar et testificabor tibi: Non enim populo alieno. Non enim populon non pertinente ad torcular. Judicate inquit inter me et vineam meam. Audi plus

Alia lfa.  
non habet.  
et contestabor tecum.

G

# Psalmus

meus et loquar et testificabor tibi. Israel si audieris me non erit in te deus re cens. Deus recens est ad tempus factus. Deus autem noster non recens: sed ab eternitate in eternitate. Et christus noster recens forte homo: sed semipermanens deus. Quid enim ante principium? Et utique in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: et ipse deus noster verbum caro factum: ut habitaret in nobis. Absit ergo: ut sit in aliquo deus recens. Deus recens: aut lapis: aut phantasma est. Non est inquit lapis: Ego argenteum habeo et aureum. Merito ipsa preciosa voluit numerari qui dixit: Idola gentium argentum et aurum. Magna sunt quia aurea et argentea sunt: preciosa sunt: lucida sunt: sed tamquam oculos habent et non vident. Recentes hi dicitur. Quid recentes deo ex officina: licet illos iam vetustos araneorum casses extinxerint? Qui semipermanentes sunt: recentes sunt. Hoc de paganis: nescio: quis aliis in vanitate accipies nomine domini dei sui: fecit sibi christum creaturam: christum imparum et inegaliter generanti filium dei dicens: et filius dei negans. Si enim filius unicus est: hoc quod pater est: et hoc est ex eternitate. Tu autem nescio quid aliud cogitasti in corde tuo: deum recentem posuisti. Fecit sibi aliis deum pugnantem contra gentes tenebrarum: timorem ne inuidatur: satagem ne corrumpatur: ex parte tamquam corruptum: ut possit esse totus saluus: sed non totus: quia ex parte corruptus. Namichi ista dicunt: faciunt sibi et isti in corde recentem deum. Non est talis deus noster: non est talis portio tua Jacob: sed qui fecit celum et terram: ipse est deus tuus: qui non egreditur bonis: qui non timet a malis. Multi ergo heretici cum pagani alios et alios deos ipsi sibi funixerunt: alios et alios deos ipsi sibi fecerunt: et eos etiam si non in templis: tamen quod est peius in suo corde posuerunt: et falsorum ridendorum simulachrum templorum ipsi facti sunt. Magnus opus est intus hec idola frangere: et locum deo viventi non recenti mundare. Quis enim isti: alii et aliud sentientes: alios atque alios deos sibi facientes: ipsamque fidem falsitatem variantes ydident dissentire: sed omnes a terrenis cogitationibus consentiunt sibi. Opinio diversa est: vanitas una est. Be illis in alio psalmo dicitur: Ipsi de vanitate in unum colligantur. Quis opinionem varietate discordent: simili tamquam vanitate colligatur. Et nos quis quia vani-

# LXXX

tas retro est: posterior est: ideo ille quem retro oblitus est: id est vanitatem oblitus in ea que ante sicut: id est in vanitate exterum: sequitur ad palmam supne vocatiois dei in christo Iesu. Ergo in peius sibi isti consentiunt: quis dissentire a se inuidetur videantur. Ideo Samson cudas vulpius colligauit. Vulpes insidiosos marieque hetericos significat: dolosos: fraudulentos: cauernosis anfractibus latentes et decipientes: odore etiam tetro putentes. Lutra quem odore dicit Aplus: Christi bonus odor sumus in omnibus loco. Ille vulpes significatur in cantus cantorum: ubi dicitur: Lapite nobis vulpes pusillas exterminates vineas: latentes in cauernis tortuosis: Lapite nobis: conuincite nobis. Lapis enim cum quem de falsitate prouincis: Lutra in radicibus denique vulpeculis domino: et dicentibus: In qua potestate ista fac: responde mihi et vos iquit unum sermonem: Baptismum Joannis unde est: de celo an ex hominibus: Vulpes autem solerit habere tales soueras: ut ex una parte intrerit: et ex alia parte exeat. Ad utrumque foramen captor vulpius retia posuit: dicite mihi de celo est: an ex hominibus: Sentient illi eum ex utraque parte tetendisse unde caperet: et autem apud se: si dixerimus in quoniam de celo: dicitur quod est nobis: quare ergo non credidistis: Ille enim testimonium christi prohibuit: si dixerimus de terra: lapidat nos populus: quod prophetam eum habent. Sicut ergo hac atque hac esse unde caperetur: responderunt nescimus. Et dominus: Nec ego vobis dico in qua parte ista facio. Glos dicitis vos nescire quod scitis: ego vobis non dico quod queritis: quod ex nulla parte exire ausi estis: in vestris tenebris remansistis. Obtemperemus ergo et nos si possumus dicenti verbo dei: Lapite nobis vulpes pusillas exterminates vineas: videamus si et nos quasdam vulpeclas capere possumus. Proponamus ad foramen utrumque: ut unum vulpes exire volunt capias (verbi gratia) Namicheo facient sibi deum recentem: et in corde suo ponent quod non est: dicamus et interrogemus eum. Substantia dei corruptibilis est: an incorruptibilis: Elige quod vis: exi quavis: sed non effugias. Si dixeris corruptibilis: non a populo: sed a te ipso lapidaberis. Si autem dixeris incorruptibilem deum: incorruptibilis quomodo timuit gentem tenebrarum. Quid factura erat incorruptibili gens corruptiois: Quid restat nisi ut dicatur: nescimus: Sed tamquam si hoc non dolo sed ignorantia dicitur

## Psalms

nō remāeat in tenebris: ex vulpe fiat ouis: credat inuisibili incorruptibili soli deo: nō recenti: soli ab eo quod est solus: nō ab eo quod est sol: ne nos ipsi vulpi fugienti alia cauernā aperuisse videamur: q̄q̄ nec nōmē solis formidabimus. Est em̄ in scripturis nostris sol iusticie: et sanitas in pennis eius. Ab estu solis eius umbra appetitur: sub alas aut̄ solis huius ab estu fugitur: sanitas em̄ in pennis ei⁹. Iste est sol de quo dicturi sūt impij: Ergo errauim⁹ a via veritatis: et iusticie lumen nō luxit nobis: et sol nō est ortus nobis. Dicuntur sunt adoratores solis: sol nō ortus est nobis: q̄ cū adorarent solem quē facit oriri sup bonos et malos: nō est eis ortus sol: qui solos illuminat bonos. Facit sibi ergo deos recentes qui q̄ quales volunt. Quid em̄ impedit officinā decepti cordis fabricare phantasma quale voluerit: Sed oēs hi in posteriorib⁹ cōsentientiū: id est simili vanitate detinetur. Usi Samson noster qui etiam interpretatur sol ipsorum: eorum sc̄z quib⁹ lucet: nō omniū sicuti est oriēs sup bonos et malos: sed sol quorundam sol iusticie: figurā em̄ habebat christi: colligavit ut dicere ceperā caudas vulpium: et ibi ignē alligavit ad incendendū ignē: sed messes alienigenarū. Proinde tales p̄sentientes in posteriorib⁹ tanq̄ caudis colligati: trahunt ignē corrumpente: sed nō incēdū nostrorū legetes. Nouit em̄ dñs qui sūt ei⁹: et recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nōmē dñi. In magna aut̄ domo nō solū sunt vasa aurea et argentea: sed et lignea et fictilia: et alia sunt quidē in honorē: alia vero in cōtumeliam. Si quis aut̄ mūdauerit se ab h̄moī: erit vas in honore vtile dñi: ad omne opus bonū paratum: et ideo nec caudas vulpī: nec faces vulpī ptūnescet. Sed videam⁹ de populo isto. Si me audieris inq̄t nō erit in te dñ recens. Mouet me quid dixit in te. Non em̄ dixit ad te quasi simulachr̄ fornicatus adhibitū: sed in te in corde tuo: in imagine phantasmatis tui: in deceptiōe erroris tui tecū portabis dñ tuū recentem remanēs vetustus. Si ergo me audieris inquit: q̄a ego sum qui sum: nō erit in te dñs recens. Nec adorabis dñ tuū alienum. Si em̄ in te nō sit: nō adorabis dñ tuū alienū. Situ nō cogites dñ tuū falsū: nō adorab̄ dñ fabi catū. Non em̄ erit in te dñ recens. Ego enim sum: Quid vis adorare quod nō est: Ego em̄ Dominus deus sum:

Alia lfa.  
† tuus.

## LXXX

Quia ego sum qui sum. Et ego quidē sum inquit qui sum sup omnē creaturaz: tibi tñ temporaliter quid presti: Qui eduxi te de terra egypti: Nō tantū illi p̄plo dici tur. Omnes em̄ educuti sum⁹ de terra egypti: omnes p̄ mare rubrū transiūmus: unici nostri p̄sequētes nos in aqua perierūt. Non sumus ingrati deo nostro: nō obliuiscamur dñm monentē: et fabricemus in nobis deum recentē: q̄ eduxi te de terra egypti. Loquitur de⁹. Dilata os tuū et adimplebo illud. Angustias paterū in te apter dñu recentē constitutū in corde tuo. Frange vanū simulachrū: deinceps cōsciētia tua fictum idolū: dilata os tuū p̄fitēdo: amādo: et adimplebo illud: qm̄ apud me est fons vite. Hoc quidē dicit dñs: sed quid sequit: Et nō obaudiuit populus me⁹ vocē meam: Nō em̄ loq̄ retur ista nisi populo suo. Scimus enī q̄ q̄ cūq̄ lex dicit his qui in lege sunt dicit. Et nō obaudiuit populus meus vocē meaz. Et Israel non attendit mihi. Quis: cui: Israel nūbi. O ingrata alia: p̄ me anima: a me vocata anima: a me in spem adducta: a me a peccatis abluta. Et israel nō attendit nūbi. Baptizant enī et trāscēt p̄ mare rubrū: sed in via murmurāt: cōtradicūt: p̄querūt: seditionibus p̄turbant: ingratūt ei qui liberauit a p̄sequētibus hostib⁹: q̄ ducit p̄ siccū heremū: cū cibo tñ et potu: cū lumine nocturno et umbraculo diurno. Et isrl nō attendit nūbi. Et dimisi eos h̄m̄ affectiones cordis eoru: Ecce torcular. Aptā sūt foramina: currunt amurca. Et dimisi eos: non h̄m̄ salutē precepto rū meorū: sed h̄m̄ affectiones cordis eoru domauī eos sibi. Bicit et Aplus: Tradidit eos deus in p̄cūlūtias cordis eoru: Bimisi eos scdm̄ affectiones cordis eorum. Ibunt in affectionibus suis. Inde est qđ horret: si tñ eliquamini in gemellaria abscondita dñi: si tñ apothecas eius adamastis: inde est qđ horretis: Alij defēdūt circū: alijs amphitheat̄: alijs casas in vicis: alijs theatra: alijs illud: alijs postremo deos recētes suos. Ibūt in affectionib⁹ suis. Israel si in vijs meis ambulasset. Bicit enī iste israel fortasse: ecce peccō: manifestū est: eo post affectōes cordis mei. Sed qđ facio: Biabolus hoc facit: demones hoc faciūt. Quis est diabolus: Qui sūt demones: Lerte inimici tui. Israel si in vijs meis ambulasset. In ni

Alia lfa.  
† simplebo.

Alia lfa.  
† audiuit.

Alia lfa.  
† intendit.

Alia lfa.  
† desideria.

Alia lfa.  
† adiunctionibus.

Alia lfa.  
† Si p̄p̄s me  
audisset me.

Alia lfa.  
† pro nibilo for  
sitam.

S 2

# Psalmus

LXXX

**Alia lta.** **h**ilū omnes inimicos eorum humilias-  
tū nob̄ habet. **s**ez: Ergo si plebs mea audisset me. Qua-  
re enim mea si non audit me: Si plebs mea  
audisset me. Quis est plebs mea: Israel.  
Quid est audisset me: Si in vijs meis am-  
bulasset. Queritur et gemit sub inimicis.  
In nihilū inimicis eorum humiliasse. Et  
sup tribulātes eos misissim manu  
meā. Nunc vero quid queris de inimicis:  
Ipsi facti sūt peiores inimici. Quō em qd  
sequit de inimicis q̄rimini: vos quid es?

**Inimici dñi mentiti sunt ei:** Re-  
nuncias: Renūcio. Et reddit ad qd renūci-  
atur. Utique quib⁹ rebus renuncias: nisi fac-  
tis malis: factis diabolicis: factis a deo dā-  
natis: furtis: rapinis: peruris: homicidiis:  
adulteris: sacrilegiis: sacris abominādis:  
curiositatibus. His oībus renuncias: et rur-  
sus bis inflexis supari. Facta sūt tibi poste-  
riora deteriora horrib⁹. Lanis reuersus ad  
vomitū suū: et suslota in volutbris ceni.  
Inimici dñi mentiti sunt ei. Et quanta pati-  
entia dñi: Quare nō p̄sternuntur: Quare  
nō trucidant: Quare non terra debiscēte  
sorbent: Quare nō celo flagrāte incendū-  
tur: Quia magna patientia dñi. Et erūt im-  
puniti: Absit. Nō sibi tantū de dei miseri-  
cordia blandiātur: vt sibi eius iniustiam  
pollicant. Ignoras qz dei patientia ad pe-  
nitētiā te adducit. Tu autē fīm duriciā cor-  
dis tui: et cor īpenitētis: thesaurizas tibi irā  
in die ire: et reuelationis iusti iudicij dei: qz  
reddet vnicuiqz fīm opera sua. Et si modo  
nō reddit: tūc reddit. Si em modo reddit  
ad tēpus reddit. Nō cōuerso autē nec cor-  
recto īeternū reddit. Vide ergo qz non  
erūt impuniti: attende qd sequitur: Inimi-  
ci dñi mentiti sunt ei. Dicitur es: et quid  
eis fecit. Nō vniūt: nō auras carpunt: nō  
lucem hauriūt: nō fontes potant: nō fruc-  
tūs terre edunt: **E**t erit tempus eorum  
**īeternum.** Nemo sibi ergo blandiāt:  
qz q̄si ad torcular ptinet: bonū est illi si ad  
oleum in torculari ptineat. Nō sibi pollice-  
atur vnuſqz habēs facta nefaria: que re-  
gnū dei nō possidebūt: et dicat sibi: Quo-  
niā habeo signū christi: et sacramenta christi:  
nō delebor īeternū: et si purgor p ignē sal-  
uus ero. Nam quid est qd ait Apls de his  
qui habent fundamentū: Fundamentum  
aliud nemo p̄t ponere p̄ter id quod pos-  
tū est: qd est christus: Jesus. Quid est inq  
unt qd sequitur: Unusquisqz autē sup fun-  
damentū videat qd superedificet: Alius

eīi superedificat aurū: argentū: lapides p̄c-  
os: ali⁹ ligna: fenu: stipulā: Uniuscuius-  
qz op⁹ quale sit ignis p̄babit: qz in igne re-  
uelabit. Si cui⁹ opus p̄miserit qd superdi-  
ficiavit mercedē accipiet: h̄ ē qz sup funda-  
mentū iusta opa edificauit: aurū: argentū:  
lapides p̄ciosos. Si autē pctā: lignū: fenu:  
stipulā: tñ ppter fundamentū ipse saluērit:  
sic tñ quasi p ignē. Fratres nimis timidus  
esse volo: melius est em nō vobis dare se-  
curitātē malam. Nō dabo qd nō accipio:  
timens terro: securos vos facerē: si secut⁹  
fierē ego: Ignē eternū timeo. Et erit tēpus  
eoī īeternū. Nō accipio nisi ignē eternū:  
de quo alio loco scripture dicit: Ignis eoī  
rū nō extinguet: et vermis eorū nō moriet.  
Sed de imp̄is dixit: ait aliquis: nō dixit de  
me: qui q̄uis pctōr sim: q̄uis adulter: q̄  
uis fraudator: q̄uis raptor: q̄uis piurus:  
babeo tñ in fundamēto christū: christian⁹  
sum: baptizatus sum: ego p ignē purgoz:  
et ppter fundamētu nō pereo. Hic mibi inte-  
rim qd es: Christian⁹ inquit. Interim trā-  
si. Quid haliud: Raptor: adulter: tē. de q̄  
bus Apls dicit: Qm̄ qui talia agit reg-  
num dei nō possidebūt. Lerte ergo a tali-  
bus nō correct⁹: de talibus cōmissis peni-  
tentia nō agens: regnū celorū speras: Nō  
opinor: qm̄ qui talia agunt regnū dei non  
possidebūt. Et ignoras quia patientia dei  
ad penitētiā te adducit: Tu nescio quid ti-  
bi pollicens fīm duriciā tuā: et cor īpeni-  
tēs thesaurizas tibi irā in die ire: et reuelati-  
onis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiqz  
fīm opera sua. Attende ergo īpm̄ iudicē ve-  
nientē. Bene. Beo gratias. Nō tacuit sen-  
tentia diffinitiū: nō misit foras reos: et du-  
xit velū: ante voluit p̄nūciare qd disposu-  
it facere: nempe cōgregabunt ante eū om-  
nes gētes. Quid de illis faciet: Separabit  
eos: et alios ponet ad dexterā: alios ad si-  
nistraz. Nunqđ mediūs locus seruat⁹ este:  
Quid dextr⁹ dicitur⁹ ē: Vleite bñdicti pris-  
mei p̄cipite regnū. Quid sinistris: Vleite  
ignē eternū qui parat⁹ est diabolo et ange-  
lis ei⁹. Si n̄ times mitti quo: vide cū quo:  
Si ḡ opa illa oīa regnū dei nō possidebūt:  
imo nō opera sed qui talia agit: nā opa ta-  
lia in igne nō erūt. Nō. n. illo igne ardētes  
furaturi s̄t: et adulteraturi: s̄ qz talia agit  
regnū dei nō possidebūt. Nō ḡ erit a dex-  
ter cū illis quib⁹ dicest: Vleite bñdicti pa-  
tris mei p̄cipite regnū: qz qui talia agit re-  
gnū dei nō possidebūt. Si ḡ a dextris non

# Psalms

erūt: nō restat nisi vt sint a sinistri. Sinistri quid dicet: Itē in ignē eternū: qā erit tem-  
pus eoz in eternū. Expōe ḡ inq̄ nobis: lig-  
na: fēnū: stipulā: q̄ qui edificāt super fūda-  
mētū: q̄nō nō pereāt: sed salui sīt: sic tamē  
q̄si p̄ ignē. Obscura qdē illa questio: sed vt  
poslū breuiter dico: frēs: sunt hoies oīno  
contēptores sec uli huius: qb̄ nō est gratū  
qcquid tēporaliter fluit: nō berent dilecti-  
one aliq̄ terrenis opib̄: sc̄ti: casti: p̄tinētes.  
iusti: fortassis t̄ oīa suā vēdētes: t̄ paupib̄  
distribuētes: aut possidētes tāq̄ nō possi-  
dētes: t̄ vtētes hoc mūdo tāq̄ nō vtētes.  
Sūt aut̄ alij: qui rebus infirmitati p̄cessis:  
inherent aliq̄tū dilectione. Nō rapit villā  
alienā: sed sic amat suā: vt si pdiderit con-  
turbetur: nō appetit vxorem alienā: sed sic  
iheret sue: sic miscetur sue: vt modū nō ibi  
teneat p̄scriptū tabulis liberoz p̄creādoz  
cā. Nō tollit aliena: sed repetit sua: t̄ h̄z cū  
frē suo iudiciū. Talib̄ cīm dr̄: iā qdēz oīno  
delictū ē in yobis: quod iudiciū habeatis  
vobiscū: verum ip̄a iudicia in ecclia iubet  
agi: non ad forū trahi: t̄n̄ delicta esse dicit.  
Lōtēdit enim christian⁹ p̄ rebus terrenis  
āpli⁹ q̄s decet eū cui p̄missū ē regnū celoz:  
Nō totū cor surſuz leuat sed aliquā ptē el⁹  
trahit in terrā. Beniq̄ si veniat temptatio  
vicēdi martyrij: illi qui h̄nt in fundamēto  
christū t̄ edificāt auz: argentū: lapides p̄-  
ciosos: qd̄ dicūt ex hac opportunitate: Bo-  
nū ē mihi dissolui t̄ esse cū christo: Alacres  
currunt: aut nibil: aut modice de terrena  
fragilitate cōtristant. Illi aut̄ amantes res  
p̄prias: domos p̄prias: grauiter p̄turbāt:  
fēnū: stipula: t̄ lignū ardet. H̄nt enī ligna  
fēnū: stipulā: sup̄ fundamētū: sed rex cō-  
cessaz nō illicitaz. Bico enī frēs: possides  
fundamētū: here celo: calca terrā. Si talis  
es: nō edificas nisi auz: argētū t̄ lapides  
p̄ciosos. Lū aut̄ dixeris: amo possessionē  
istam: timeo ne pereat: t̄ iminet dānū: t̄ tu  
cōtristarīs: nō qdē p̄ponis eā christo. Nā  
si sic amas possessionē istā: vt si dicāt tibi:  
ip̄am vis an xp̄m: Et si tristī eā pdis: plus  
t̄n̄ amplecteris christū: quē posuisti in fun-  
damētū: saluus eris tanq̄ per ignē. Au-  
di aliud. Nō potes tenere possessionē istā:  
nisi dixeris falsum testimoniu: t̄ hoc nō fa-  
cere: christū in fundamēto ponere est. Ve-  
ritas em̄ dixit: Os quod mentitur occidit  
anīmā. Ergo si possessiōne tuā diligis:  
nō t̄n̄ ppter illā facis rapinā: nō ppter illā  
dicas falsum testimoniu: nō ppter illā fac-

## LXXX

homicidiū: nō ppter illam falsū iuras: non  
pter illā christū negas: eo quod nō ppter  
illā fac̄t hec: christū habes in fundamēto:  
sed tamē qr̄ diligis illā t̄ cōtristarīs si pdas  
illam: sup̄ fundamētū posuisti: non aurū:  
nō argentū: nō lapides p̄ciosos: sed lignū:  
fēnū: stipulam: Salu⁹ ergo eris cū ardere  
ceperit quod edificasti: sic t̄n̄ quasi p̄ ignē.  
Heino enim sup̄ fundamētū h̄ edificans  
adulteria: blasphemias: sacrilegia: idola-  
tria: piuria: t̄ putet se saluū futurū p̄ ignem:  
q̄si ista sunt ligna: fēnū: stipula: s̄ q̄ edificat  
amorē terrenoz sup̄ fundamētū regni ce-  
loz: id est super christū: ardebit amor rerū  
tēporaliū: t̄ ipse salu⁹ erit p̄ idoneū funda-  
mentū. Inimici dñi mētū sunt ei dicēdo:  
eo ad vineā t̄ nō eundo: et erit temp⁹ eoz:  
nō ad tēp⁹ h̄ eternū. Et q̄sūt isti: Et ci-  
bavit illos ex adipē frumēti: Nost̄  
adipem frumēti: vñ cibant̄ multi inimici  
qui mentiti sūt ei. Et cibavit eos ex adipē  
frumēti: miscuit eos sacramētis suis. Et Ju-  
dam q̄n̄ dedit buccellā: ex adipē frumenti  
cibavit: et inimic⁹ dñi mentit⁹ est ei: et erit  
temp⁹ ei⁹ in eternū: Et cibavit illos ex adipē  
frumēti. Et de petra melle saturauit eos. O  
igratos cibavit ex adipē fru-  
menti: et de petra melle saturauit eos. In  
heremo de petra aquam produxit nō mel.  
Mel sapientia est p̄matū dulcoris tenens  
in escis cordis. Quā ergo multi inimici  
dñi mētentes dñio cibāt: nō solū ex adipē  
frumēti: sed eciā de petra melle: de sapien-  
tia christi. Quā mīlti delectant̄ verbo eius  
ex cognitione sacramētoz ei⁹: solutōe pa-  
bolarum eius: q̄s multi delectant̄: q̄s multi  
clamat̄: t̄ nō est h̄ mel de quolibet homine:  
sed de petra. Petra aut̄ erat christus. Q̄  
multi q̄ satiant̄ de melle isto: clamāt̄: dicūt:  
suaue ē: dicūt: nibil meli⁹: nibil dulci⁹: vel  
itelligi: vñ dici potuit: t̄ t̄n̄ inimici dñi mētū  
sūt ei. Nolo āpli⁹ imorari in reb⁹ dolēdis:  
q̄s̄q̄ terribiliter psalmus ad hoc finit⁹ sit:  
t̄n̄ a fine eius obsecro vos recurramus ad  
caput. Exultate deo adiutori nostro.

Explicit Tract. de p̄s. LXXX.

Lōmendatio p̄li t̄ exhortatio t̄ inuita-  
tio ad seq̄ntē tractatū audieđū: t̄ ludos se-  
culares p̄temnendū.

**D**On parū vīas mētes in noīe chri-  
sti diuīa spectacula tenuerū t̄ suspe-  
derūt vos nō solū ad appetenda  
qdā: sed ad qdā etiā fugienda. Ista sunt  
spectacula vīilia: salubria: edificātia nō de-

# Psalmus

struetia: immo et destruetia et edificatio. Be-  
struetia recetes deos: edificatio fidem in vix  
et eternum deum. Etiam in crastinu die iuitam  
caritate vestraz. Cras illi habet ut audiuim  
mare in theatro: nos hemus portu in chri-  
sto. Sed quoniam pendino die: id est quia die sab-  
bati: non possumus ad mesam Lypriani co-  
uenire: quia festivitas est sanctorum martyrum:  
crastinu ad ipsum mensam conueniamus.

**I**ncepit Tract. de ps. LXXXI.

**D**icitur: Psalmus ipsi Asaph: Psal-  
mo huic titulum sicut alijs qui si-  
militer pronuntiantur: vel nomine eius  
hominis indidit a quo scriptus est: vel ei-  
usdem nominis interpretatione: ut ad synagogam quod  
est Asaph ei intelligenter referat: per seque-  
ntur huius et primi eius usus assignat. Sic n. incipit.

**E**xpositio psalmi.

**D**icitur: Quos deos. Absit ut intelliga-  
mus deos gentium: siue idola: siue  
aliquam propter hoies celestes terrestres creatu-  
ras: cum paulopost hunc versu: id est iste psalmus  
asserat: et quod deos intelligi velit: in quod syna-  
goga stetit deus apius exprimat: ubi ait: Ego  
dixi deus tu es: et filii altissimi oes. Tlos autem  
sicut hoies moriemi: et sicut vnde de principi-  
bus cadetis. In horumque synagogarum filiorum al-  
tissimi: de quibus id est altissimus per Esaiam dicit:   
Filius genui et exaltaui: ipsi autem me spreue-  
runt: stetit deus. In synagoga propter israel ac-  
cipimus: quod et ipso propter synagogam dici so-  
let: quis est ecclia dicta sit. Nostra vero apostoli  
nunquam synagogarum dixerunt: sed propter eccliam: siue  
discernendi causa: siue quod in congregatione unde  
synagoga: et invocatione unde ecclesia nomine  
acepit distet aliquid quod scilicet congregari et peco-  
ra solent: atque ipsa propter: quod et greges propter  
dicimus. Louocari autem magis est ratione ra-  
tione sicut sunt hoies. Ut ex persona ipsius  
Asaph in alio psalmo canit: Quasi pec-  
factus sum apud te: et ego super tecum: cum utique que  
uis vni vero deo misericordatus videtur: per ma-  
gnis tamen ac summis bonis ab illo carnalia: ter-  
rena: et palia regrebat. Inuenimus etiam sepe  
eos filios appellatos: non ea gratia quod ad nouum  
testamentum pertinet: sed illa quod ad vetus: quod et  
ipsa gratia est quod elegit Abram: et ex eius car-  
ne tamquam populum propagavit: quod nondum na-  
tos Jacob dilexit: Esau autem odio habuit:  
quod liberavit ex egypto: qua in terram promissio-  
nis electis gentibus introduxit. Huius enim et ipsa  
esse gratia: non utique de nobis quibus non ad  
terrenum: sed ad regnum celorum capescendum da-

# LXXXI

ta est propterea filios dei fieri: in eodem modo eu-  
gelio dicere: quod accepimus gratiam per gratiam: id  
est per testamentum veterum permissionib[us] testame-  
ti noui permissiones. Liquet igit[ur] quantum exi-  
stimo: in quod deus in synagoga stetit deus: de  
inceps regredens est: ut per prem: an filium: an  
spiritus sanctum: an ipsum trinitatem accipe debe-  
amus: stetisse in synagoga deus. In me-  
dio autem deos discernere. Quia et sin-  
gulus quodque deus: et ipsa trinitas unde deus: non quod  
deus est facile est eliciari: et quod non corporale: sed  
spirituale dei presentia: quod prout eius substantie  
negari non potest ab eo in esse conditis rebus mira-  
bili videlicet et vix paucus intelligibili modo cui  
dicunt: Si ascendero in celum tu ibi es: si descend-  
ero in infernum ades. Tali merito prohibetur sta-  
re deus in congregatore hominum inuisibiliter sic  
celum et terram ipse implet. Quod per prophetam ipse  
de se predicit: nec tantum prohibetur: sed per captiu-  
mentis humanis: utcumque noscitur stare in eis quod  
creauit: et si homo stet et audiat eum et gaudio  
gaudet propter eum intimam vocem. Clericus quam-  
tum arbitror psalmus iste insinuare aliquid  
molit: quod ex quodam tempore factum est: ut staret de-  
us in synagoga deus. Nam illa statio quod ce-  
lum et terram implet: nec ad synagogam proprie-  
tinet: nec tempore variatur. Deo itaque stetit in  
synagoga deus: numerum ille qui de se dixit:  
Non sum missus nisi ad oves quod perierat do-  
mus israel. Bicinctus et causa: In medio autem  
deos discernere. Agnosco igit[ur] deum stetisse in  
synagoga deus: quoniam patres: et ex quibus  
christus fuit carnem. Ut enim staret deus in syna-  
goga deus: ad hoc ex ipsis fuit carnem. Sed  
quod deus: Neque enim quod illi in quod synagoga  
stetit: sed sicut in aliis apostolis sequitur:  
Qui est super omnia deus benedictus in secula. Ag-  
nosco inquit stetisse: agnosco et in medio deum  
speculum: de quod amic[us] eius quidam dicit: In me-  
dio autem vestrum stat quem vos nesciatis: quod per de-  
quibus paulopost in hoc psalmo dicit: Nescie-  
runt neque intellexerunt: in tenebris ambulant.  
Testificatur et apostolus: quoniam cecitas ex parte israel  
facta est: ut plenitudo gentium intraret. Extra-  
temque in medio sui videbatur eum: sed non eum  
videbatur deus: qualem se volebat videri di-  
ces: Qui me videt: videt et patrem. Discer-  
nit autem deos non eorum meritum: sed gratia sua ex  
eadem propagatione facientes alia vas in honorem:  
alia in contumeliam. Quis enim te discernit:  
Quid enim habes quod non acceperisti: Si autem  
acceperisti: quod gloriaris quod si non acceperis: Eu-  
di et vocem dei discernetis: audi et vocem domini  
dividentis flammam ignis. **U**isus quo in

**A**lia lira.  
**t** diuidicat.